



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lvgdvni, 1659**

Examen V. De statu seculari, ac primo de Tributis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

702 *Moralis Theologie Tract. V. Status,*

55. *Contrauenientes huic Gregorij XIV. constitutioni posse ab Episcopo absoluiri? Ex multorum sententia possunt. Eg. Filliuc. cum Filliucio pro multis vno, sentio excommunicationem. lam Summo esse Praesuli referuatam.*

56. *Reconciliatur quis inimico cum fideiussione de non intendendo, postea tamen illum occidit: fruitur ne Ecclesia immunitate? Affirmo, quia non dicendus absolutè proditorie occidisse, nisi intercessisset arctior aliqua amicitia simul condendo, alloquendo, &c. unde poterat praesumi non obstat fideiussione adhuc odium durare.*

Pal. 57. *Ocidentis Clericum fruitur ne immunitate? Ita quidem, quia licet sacrilegium commisit, excipiuntur tamen in Bulla homicidia proditoria, & per assassinum commissa. Sic Cain. Colligo etiam assassinij mediatorem immunitate frui, qui excipiuntur tantum assassinii, sub quibus mediatores non comprehenduntur.*

Pal. 58. *An Clerici & Religiosi confugientes ad Ecclesiam immunitate gaudent? Ex doctrina Castri respondeo pro criminibus non exceptis in Bulla ad Templum confugientes non posse à iudicibus Ecclesiasticis, aut Superioribus extrahi ab aliis summi Praesulis licentia sub pena excommunicationis. Excipio eos Religiosos, qui in propriis Monasteriis delinquunt; possunt enim à Superioribus puniri salua immunitate. Quamuis hoc etiam probabiliter alii negant, cùm non preventur immunitate peccantes in ipsis Ecclesiis nisi per homicidium, & mutilationem.*

Suar. 59. *Polluitur ne Ecclesia, si infans in matris mortua imfultus & utero moriatur? Suarius pollui affirmat.*

Suar. 60. *Per copulam coniugalem quid? Idem Suarius docet in templo licere ad vitandam incontinentiam, quando alibi in cere non licet, neque templum tunc pollui.*



EXAMEN V.

De statu seculari circa materiam de Tributis.

C A P V T P R I M U M.

Quinam possit tributa imponere?

§. I.
Tributa
à quo-
nam?

1. *R*ecolens que dixisti sigillo 1. circa quartum Decalogi praeceptum queque sigillo 2. de peccatis status secularis adiectus.

Examen V. De statu sec. seu de Tributis, &c. 703
adiecit, in praesenti solum de Principis Tributis impositis, de
Iudice, Teste ac Reo agendum nobis est. Requiro igitur, quisnam
possit tributum aut gabellam imponere? Qui Superiorem non
habet in temporalibus, vel cui ipse id concederit, vel con-
sueta præscripta.

2. *An Episcopus possit?* Potest quidem in Ecclesiis, sibi
pleno iure subiectis cum Capituli consensu ex causa tribu-
tum, seu pensionem imponere.

3. *Potest ne dominus temporalis, aut communitas inferior
vrgente necessitate imponere tributum aut talliam?* Potest;
non enim id prohibitum, sed gabella ordinaria populum
gravans.

4. *Potest adesse tyrannis in tributo?* Tyrannicum est, si cau-
fa non sit iusta. Imo si licet iusta sit, non sit proportionata,
ita ut vires Regni ac populi ~~non~~ excedat, alioquin erit ty-
rannicum.

C A P V T I I .

De obligatione subditorum circa tributa.

5. *Debent ne subditi tributa soluere?* Debent prorsus, si
iuste sint imposita.

6. *Potest ne Princeps tributum per vim aut metum extor-
quere?* Potest equidem, quando causæ exigendi iuste sunt;
quia illud Principis est.

7. *Quodnam peccatum committunt vectigalia iusta frau-
dantes?* Si materia sit sufficiens ad mortale, mortaliter de-
linquent, &c ad restitutionem tenentur. Scio à Maldero &
alii contrariam sententiam defendi, quam reiiciendam
existimo.

8. *Dubitatur, an vectigal sit iuste impositum, & sunt utrin-
querationes probabiles: solvi ne debet?* Soluendum censeo; quia
in dubio pro Rege præsumendum, *Vasquez* authore.

9. *Obligant ne noue gabella?* Non obligare aliqui affir-
mant, nisi constet legitimè imposita. In dubio dixi pro Prin-
cipe præsumendum de iustitia. Si gabella sit antiqua, non
dubium quin pro Principe præsumi debeat, cuius possidentis
melior conditio.

10. *Sunt ne soluenda gabella imposta pro rebus ad proprium
Regis aut Principis usum delatis?* Communiter hæ habentur
iniquæ, et si quidam id negent si iusta alias causa imponant.
Iniquas

Iniquas item reputari scio quæ pro priuata Principis vilitate, & non pro communi Reipublicæ imponuntur: & quæ cessante cauſa ob quam sunt impositæ; nec alia iusta de novo emergente exiguntur: aut quando maiores ac causa postulat, aut quibus alij plus quam alijs indebitè grauantur.

11. *Cum nimis durum est tributum, teneor ne soluere non possitum?* Opinor cum Toletu sufficere soluere, si peratur.

12. *Princeps grauans sine necessitate Rempublicam non tributis, tenetur ad restitutionem?* Quis dubitet iniuste ablatum suo domino reddendum?

C A P V T I II.

Praxis circa materiam de Tributis, & Gabellis ex Societatis Iesu Doctoribus.

13. *E*runtni iusta gabella, si tangant Ecclesiasticos? Non solum directe, sed nec indirecte possunt Ecclesiastici pondere gabellarum onerari. Vnde si imponatur ex quam causa iusta, gabella, etiam modicissima communiter à laicis, & Ecclesiasticis soluenda, v. gr. si augeatur modicum premium comedibilium; absque ipsorum consensu, & licentia Pax, Henr. immunitas Ecclesiastica violabitur. Quare Henr. lib. cap. 15. num. 5. in gloss. lit. P. admonet, in tali casu peculiarem tabernam aperiri, in qua Ecclesiasticis victualia absque tributorum onere diuendantur. Sed & hoc non caret aliqua immunitatis Ecclesiæ lassione; quia ad emenda victualia in via taberna Ecclesiasticos arctat.

Azor. 14. Possunt ne Principes sine censura metu vestigia laicis & Ecclesiasticis permisum imponere ob publicam necessitatem, v. gr. tempore pestis? Possunt, dummodo laicorum facultates non sufficient. Et quidem nunc non sufficere dicuntur, quando defunt facultates non solum communatum, sed ipsorum etiam particularium, relictis necessariis secundum statum etiam in necessitatibus æquè laicos ac Clericos respicientibus. Alijs Clericis talibus gabellis ferè semper efflent obnoxij; quia ciuitates in communi non sunt adeò opulentæ, ut communibus necessitatibus subleuandis sufficient. Ex Azor. part. 3. lib. 5. cap. 19. quæst. 10.

15. *Quanam ad hoc publica necessitas appellanda?* Præcepit, intelligitur publica necessitas illa, quæ æquè principia

Examen V. De statu seu de Tributis, &c. 705

taliter Clericos ac laicos pertingit, non quæ Clericos secundariò, & minus principaliter respicit, ut est in reparatione murorum, & pontium, in custodia Regni extra belli feruentis tempus, manutentione exercituum in Provinciis inimicorum, ne hi naturale Regnum inuadant; in expensis ad prium Principis ingressum præparandis, &c. Hæc, inquam, non æquè principaliter Ecclesiasticos & laicos attingunt. Necesitas publica est fames communis, quæ pauperes præcipue diuexat. Iustum bellum initum ad comprimendum rebelles, &c.

16. *Debet ne consensus, vel in publica necessitate à Clero expectari?* Debet planè, nec sufficit solum Cathedralis Capitulum, quod (teste *Suar. de Immunit.* lib. 4. cap. 26. n. 15.) *Suar.* nomine Cleri non intelligitur: sed omnis Clerus debet approbare; quia quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. Sic *Romana Rota apud Farinac.* tom. 2. de c. 42.

17. *Debet ne licentia summi Praesulis precedere?* Ita quidem, nisi periculum esset in mora; in quo casu pro prima tributi impositione, modicave duratione, sufficeret Episcopi, & Cleri consensus, dum Summus Pontifex possit adiri. *Palau. Pal.* tom. 2. trauct. 13. d. unic. t. 9. n. 7.

18. *Est ne licita gabella super virtualiis, pane, vino, oleo, carnibusque imposta?* Totus improbat lib. 5. cap. 74. *Tolet.* quia huiusmodi gabellæ plus pauperes quam diuites aggravant; quia panem, vinum, reliqua comestibilia frequenter emunt ab iis qui reuendunt. Ideo *Lessius lib. 2. cap. 33.* *Less.* dub. 7. num. 51. huiusmodi gabellas tantum in his casibus imponi permittit, quando adesset populi consensus, vel immemorabilis consuetudo. At *Suar. de leg. lib. 5. cap. 16.* asserit absolute iustas hasce gabellas; quia in illis seruatur proportio, pauperes enim pro numero suæ familie comparatione ad diuites de huiusmodi rebus minus emunt, & minus soluntur.

19. *Seio gabellam iustum esse si cum proportione non solum vasallorum inter se, sed etiam absolute ad vires Regni: rogo, an gabella excedens octauam partem rei licita sit?* Porro videtur illicita propter lex præstatio, C. de vettig. At si adfint reliqua requisita, predictam legem non obstatre existimo, tum quia non obligat nisi in Regnis nunc Imperatori subiectis, ut docet *Suar. de leg. lib. 5. c. 16. n. 5.* tum quia per *Suar.* contrarium usum fuit abrogata.

20. *An tributum laicis imponendum publicum iam exigat utilitatem?* Exigit planè. Ob publicam utilitatem, & neces-

X y statem

Tolet. sitatem communem imponendum est, auctore *Turriano* L. tom. 2. d. 44. dub. 1. & 2. Publicam autem necessitatem hic dixero laxiorem futuram, quam de gabellis Clero imponendis dixi. Necessitas Regis publica necessitas vocatur; quia in pernitiem totius Regni vergit: etiam si in illam sua facta culpa redactus, ob ludum, largitiones immoderatas, bella iniusta, &c. Monet *Lessius* lib. 2. cap. 33. dub. 6. num. 48. hisce casibus debere Reges à prodigalitate, & sumptibus patrum necessariis abstinere.

Leff. 21. *An publica necessitas dicenda sit, Regem alii in Regno patrimonij sui defatigari?* Quis abneget (inquit *Vasquez de Restit.* c. 6. §. 3. dub. 1. n. 7.) bonum esse nobis inimicos nostri sumptibus alibi profligari, aut saltem detineri: & nos interim parte potiri?

Saa. 22. *Deputati ad exigendam gabellam possunt ne cum pauperibus dissimulare?* Afferit *Saa* dissimulare posse, quando non habent unde soluant.

Tolet. 23. *Pradium Ecclesia tenetur ad solendum vestigium?* Tenetur ad onus sibi perpetuo annexum, priusquam ad Ecclesiam veniret, nisi alicubi aliud sit in usu, ut in Italia. In *Toletus*.

Molin. 24. *Ex contractibus ex dole nullis debetur negabellum?* Dicit *Molina* docet.

25. *Debent ne Mendicantium bona?* Exempta planè ab omni exactione non solum bona, sed & coloni, arrendatarii, & negotiorum gestores ex *Pio V.*

Vasq. 26. *Quando antiqua tributa, aut patrimonium sibi assignatum Regi non sufficiunt, potest ne noua tributa imponeretur?* Quod afferit posse; quia Rex, vel supremus Princeps habet ius assignandi iustum pecuniae summam quæ regiae dignitati, & Regno administrando sufficiat, ynde potest imponere noua tributa, vel antiqua augere.


Vasq. 27. *Quid si Rex sua culpa in egestatem incidisset?* Afferit *Vasquez* posse iustò tributum imponere; quia non est ex sua Regni Regem esse inopem.

Molin. 28. *In dubio negatiuo circa institutam tributorum, que de novo imponuntur debo ne soluere?* In conscientia non debet *Molina* afferit.

Suar. 29. *Qui imponunt gabellas super rebus que emuntur non ad negotiationem, sed ad usum vite necessarios, incident ne excommunicationem Bullæ Cœnæ?* Negatiuè respondeo cum *Suaro*; quia hæ gabellæ non sunt iniustæ, (ut dixi) cum illis quantum fieri potest, seruetur æ qualitas.

Examen VI. De Judice, Teste, Reo. 707

30. Ceterò scis non impendi gabellam in rem, ob quam imposita
teneor ne adhuc soluere? Non teneri affirmat *Filius Iacobus*.
31. Tenentur ne ad gabellam pœnam soluentes: Non teneri
sem *Filius Iacobus* docet. Affirmo teneri, quando in conscientia
vorum id relinqueretur.



E X A M E N VI.

De statu seculari circa materiam de Iudice,
Teste, Reo, &c.

C A P V T P R I M U M.

De Iudice.

POtest ne Iudex sine competenti potestate iudicare? Evidem competens potestas in iudice requiriatur. Ideo usurpatione iudicij omnes illi peccant, qui iudicant eum, qui non est vel absolute eum subditus, vel non in iis causis, in quibus eum iudicant. Quia quidem usurpatio iudicij ex suo genere mortale peccatum est.

2. Impedit ne excommunicatio iudicium? Non, nisi denuntiata sit, vel ex publica Clerici percussione procedat.

3. Crimen quo ipso iure priuat titulo, annullat ne iudicium? Non, dum priuatio ea occulta sit.

4. Validum ne sunt acta a iudice habente titulum coloratum? Ita quidem. Nec tantum id verum puto de iudice ordinario, verum etiam de delegato.

5. An iudicia per tyrannidem nulla reddantur? Minime; peccat tamen tyranus usurpando sibi iudicium. Monuerim sermonem esse de tyranno quoad usurpationem potestatis, non quoad usurpationem regiminis.

6. Reum legitimè ^{convictum} rogatum presuma scientia iudex nouit innocentem: potest ne eum morbi addicere? Tentandæ omnes viæ, ut eum liberet. Quod si non sufficiat, ex duplice sententia, altera aſſertore, quod condemnare possit: altera, quod non possit, sequi potest quam maluerit, utramque enim probabilem iudico.

7. Quid in præci? Ea ineunda ratio erit, ut si iudici magno damno sit, officio esse priuatum, non teneatur deponere, sed condemnare possit, si modò ante superiorem iudicem adeat, & protestetur de innocentia; si vero non magnum in-